



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 117. Gerbasii dissertatio de caussis majoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. quamdam epistolam ad Regem, qua
 A. C. 1679. illum ad infectandum Papam incita-
 runt, hasque Pontificis literas velut
 Regiæ Majestati injurias traduxerunt,
 suo chiographo firmarent, uti mox rele-
 remus.

§. CXVII.

*Gerbasii dissertatio de causis ma-
joribus.*

*Abrege
Chron. Hist.
t. 10. p. 456.
Argentre
coll. Jud.
t. 3. p. 353.
Abrege de
l'Hist. Eccl.
t. 3. p. 482.* Eodem tempore, quo Innocentius
 Pontifex, cum validiorem opem
 haud ferre posset, partim afflictos pa-
 ternis literis solabatur, partim Regis
 animum iteratis monitis pulsabat, tum
 in ejusdem Regis aula non deerant Mi-
 nistri, atque Episcopi, qui Regis vo-
 luntati ancillantes speciosissimis ratio-
 nibus Regaliæ æquitatem demonstrare
 aggrederentur: Evocabant in laboris
 subsidium alienos quoque calamos,
 cunctosque, quos vel Pontifici infen-
 sos, vel venalis ac conductitiæ erudi-
 tionis ostentatores noverant, præmiis,
 amplisque honorum ac dignitatum po-
 llicitationibus sollicitabant, ut doctis
 lucubrationibus Regis causam propo-
 gnarent: Peropportuna his videbatur
 dissertatio de causis Majoribus, ad regni
 concordatorum de causis &c. quam Jo-
 nes Gerbasius Sorbonæ Doctor aliquot
 abhinc annis jussu Cleri Gallicani pro-
 defecit.

defendendis Ecclesiæ Gallicanæ liber-Sæc. XVII.
tatibus conscripserat: Enimvero hæc A. C. 1679.

lucubratio jam ab aliquo tempore luci publicæ subtrahata erat, fervente autem diffidio circa Regaliæ jus Gerbasius sive ab aliis incitatus, sive tam nobilem ingenii sui partem ad tenebras dam-nari indignatus, hoc anno Regem adiit, supplex, ut suam dissertatio-nem sub Regis patrocínio publici juris facere permetteretur: Igitur Regio di-plomate munitus, hoc adhuc anno illud opus literis Francisci le Cointe excudi curavit: Ea res Pontificis animum summo mærore affecit, unde sacræ In-quisitionis Cardinalibus negotium de-dit, ut hanc dissertationem mature exa-minarent, & si quid reprehensione di-gnum offenderent, censuris notarent. Hi ergo die decima octava Decembris anni sequentis hunc libellum Romæ ad libros legi prohibitos rejecerunt, pro-diit etiam postea alius liber, quo Ger-basii doctrina refellebatur. Re com-perta Galliæ Archiepiscopi atque Epi-scopi in comitiis suis congregati, Pari-siensem Archiepiscopum rogarunt, ut non modo hujus Authoris dissertatio-nem, sed etiam libellum ei oppositum a quibusdam Deputatis examinari cura-ret: cum igitur Mauritius Tellierus Rhe-

D d 3

mensis

Sæc. XVII. mensis Archiepiscopus referret, quod Ger-
A. C. 1679. vassii dissertatio censorum iudicio sanam
 contineret doctrinam, ceteri Præsules il-
 lius Authorem summis honorabant en-
 comiis, invictum ejus studium in tue-
 dis Ecclesiæ Gallicanæ privilegiis ma-
 ximopere commendantes: cum autem
 alii hunc Doctorem non modo intempe-
 rantius scripsisse, sed etiam schismatico,
 Sedique Apostolicæ valde injuria, ac
 de hæresi suspecta inspersisse, haud dif-
 fiteri possent, mox eidem novam sue
 dissertationis editionem demandarunt,
 in qua omnia, quæ a Doctoribus huius
 negotio destinatis notata fuissent, ac
 Pontificis censuram provocassent, cor-
 rigere haud gravaretur.

§. CXVIII.

Animadversio in Jansenistas.

Hode vie de Louis XIV. lib. 93. p. 203. Abregé de l'Hist. Eccl. t. 12. p. 112. Hæ contentiones Parisiensem Archi-
 episcopum, ac Patrem de la Chaise
 haud adeo distentos habebant, quin
 non etiam in illos, quos Jansenismi
 postulabant, Regem concitarent: ho-
 rum ergo impulsu Ludovicus XIV. hoc
 anno, postquam Barcosius Abbatis Sani-
 Cyrani Nepos anno priori vita functus
 est, Abbatiam hanc funditus destrui
 jussit. Sub idem tempus, postquam
 Longevillæa Ducissa hoc anno obierat,
 Nico-